B I B L I O T H E C A
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
T E V B N E R I A N A

BT 2007

ASTERIVS

LIBER AD RENATVM MONACHVM

EDIDIT

RAINER JAKOBI

DE GRUYTER

ISBN 978-3-11-020948-8
e-ISBN 978-3-11-026104-2
ISSN 1864-399X

Library of Congress Cataloging-in-Publication Data

Asterius, of Ansedunum.
Liber ad Renatum monachum / Asterius ; edidit Rainer Jakobi.
p. cm. -- (Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana, ISSN 1864-399X)
Includes bibliographical references and index.
ISBN 978-3-11-020948-8 (hardcover : alk. paper)
1. Monastic and religious life--Early works to 1800. I. Jakobi, Rainer. II. Title.
BR65.A423L53 2011
255--dc22
2010049450

Bibliografische Information der Deutschen Nationalbibliothek
Die Deutsche Nationalbibliothek verzeichnet diese Publikation in der Deutschen Nationalbibliografie; detaillierte bibliografische Daten sind im Internet über http://dnb.d-nb.de abrufbar.

Druck: Hubert & Co. GmbH & Co. KG, Göttingen
∞ Gedruckt auf säurefreiem Papier

Printed in Germany

www.degruyter.com

PRAEFATIO

Asteri opusculi, lector benevole, unus qui exstat liber est

codex Veronensis (V, Bibl. Capit. CXIII [214]),

scriptus a Peregrino Peregrini anno 1511 "in urbe Verona ... urgente gravissimo bello et seva bachante peste"[1]: Inter quasdam Vitas Sanctorum, quorum memoria in regione Veneta colitur, Hymnos Homiliasque opusculum quoque Asteri nostri in ff. 69^{r}–76^{v} est exaratum[2]. Quod anno 1935 e tenebris et silentio protulit Germanus Morin[3], qui et frustula et sententias quasdam huius operis commentationi suae intexuit[4]; se editurum promisit Severinus Giversen a. 1965,[5] integrum denique opusculum Salvator Gennaro foras dedit idque primum et separatim[6] a. 1970, tum iteratis curis, verbis paene inmutatis a. 1972 in eo volumine Corporis

1 Ut ipse testatus est Pereginus, quem vernaculo nomine Pellegrino Pellegrini dicunt, in f. 105^{r} : v. S. Giversen, 'Liber Asterii and the New Testament', Studia Theologica 19 (1965), 47–54, illic 49.

2 Descriptio diligentissima invenitur in libro illo 'I manoscritti della Biblioteca Capitolare di Verona. Catalogo descrittivo redatto da don Antonio Spagnolo', a cura di Silvia Marchi, Verona 1996, 204–206.

3 'Un curieux inédit du IVe/Ve siècle. Le soi-disant évêque Asterius d'Ansedunum contre la peste des agapètes', RBen 47 (1935), 101–113.

4 Haec frustula iterum post Morin edidit A. Hamman, PLS II, Paris 1960, 341–345.

5 Vide adn. 1.

6 'Asterio, Liber ad Renatum Monachum', Testo inedito a cura di Salvatore Gennaro, Catania 1970.

Christ. Lat., in quo scriptores qui vocantur Illyrici minores collecti sunt.[7]


Descriptus est Veronensis, quod fugerat illos viros doctos, sed non feminam doctissimam Silviam Rizzo[8], e codice quodam in eadem ut videtur bibliotheca Veronensi olim asservato. Quem Nicolaus Nicolus a. 1431 invenit, ut Ambrosius Traversarius in epistula sua ad Nicolaum VIII. Iul. a. 1432 missa testatus est: “Exilivi laetitia quum legerem Pastoris librum abs te repertum, et transcriptum ... Grato ... id opus animo expecto. Asterii item Episcopi ad Renatum Monacum libellum perlibenter legam, quia laudatur abs te. Quod item Asconium Pedianum, et Cornelii Celsi fragmenta, et Lactantium de ira Dei, et opificio hominis libros scripseris, pari laude prosequemur”.[9] Ex hoc testimonio olim iam a Remigio Sabbadini prolato[10] Silvia Rizzo probabiliter conclusit Peregrinum eundem librum exscripsisse, quem antea Nicolaus Veronae repperit et transcripsit. Quibus e libris, scilicet

7 ‘Scriptores ‘Illyrici’ minores’ (CCL 85), Turnholti 1972, 1–25. – Quam editionem acri subtilique ingenio et iudicio cum viri docti – Ignatium Cazzaniga, Albertum Grilli, Benedictum Löfstedt nominatim laudem – percensuerunt, tum praecipue femina eruditissima Isabella Gualandri; vide indicem editionum et commentationum, p. X sq.

8 ‘Nota sulla scoperta del Liber ad Renatum Monachum di Asterio’, RFIC 102 (1974), 439–441.

9 Epist. VIII 2, v. ‘Ambrosii Traversarii Latinae Epistulae’, ed. P. Canneto, Florentiae 1759, nr. 271. col 352. Nicolaum Veronae Asteri librum vidisse testatus est Ambrosius, qui ibid. laudat “civitatem illam excultam disciplinis per Guarini diuturnam illic moram”.

10 ‘Le scoperte dei codici Latini e Greci ne’ secoli XIV e XV’, Firenze I, 1905, 91; cf. Rizzo (v. adn. 8) 140.



solus, ut supra iam diximus, V exstat.

Sed fortasse, lector benevole, requires quis fuerit ille Asterius: Fuit autem, quod ex inscriptione codicis V in capite textus f. 69ʳ tradita concludendum veri simillimum est, EPISCOPVS ANSEDUNENSIS[11]: Quem titulum nomenque Peregrinum in archetypo a Nicolao reperto scriptum legisse et ex eo transcripsisse mihi persuasum est. Neque magni momenti videtur esse Ambrosium Traversarium in illa epistula, quam ad Nicolaum missam supra commemoravimus, sedem episcopatus Asteri non vocasse. Cum enim nescimus, utrum Nicolaus in epistula sua Asterium "episcopum" vocaverit an "episcopum Ansedunensem", tum imprimis intellegendum non est, unde nisi ex archetypo Peregrinus Asterium episcopum Ansedunensem fuisse noverit.

Neque pluris aestimandum est, quod Asterius in indiculo eiusdem codicis discipulus Hieronymi fuisse dicitur (vide f. 1ʳ: LIBER SANCTI ASTERII DIVI HIERONYMI DISCIPVLI AD RENATVM MONACHVM DE FVGIENDO MONIALIVM COLLOQVIO ET

11 In priore commentatione (v. adn. 3 p. 108) suspicatus est Germanus Morin nomen *Ansedunensis* depravatum esse ex *Anthedonensis* (ab Anthedone sede episcopali in Palaestina sita), sed postea vir doctus Ansedunum eandem civitatem putavit atque Ansedoniam (vel Ansedunam), quae sub Monte Argentario sita nostris temporibus Orbetello nominatur (vide 'A propos d'Asterius "Episcopus Ansedunensis", disciple de S. Jérôme', RBen 57 [1945], 5–8).

VISITATIONE). Indiculi enim verba inscriptioni archetypi non respondentia pro documento habui sagacitatis viri cuiusdam docti, qui non solum Hieronymum Asterio cuidam subdiacono et postea episcopo epistulas ad Augustinum mandavisse novit[12], sed etiam nostrum Asterium verba et sententias ex multis Hieronymi ipsius operibus ita expilasse animadvertit, ut interdum centonem ex Hieronymo consutum legere credas.[13] Quam quaestionem ut paucis absolvam: Fieri potest, ut recte coniciat qui Asterium nostrum putet discipulum illum fuisse Hieronymi, sed haec coniectura testimonio inscriptionis archetypi affirmanda non est.

Codicis autem collationem ipse in Bibliotheca Capitulari faciens non solum quasdam lectiones adhuc ignotas, sed haud dubie rectas in libro inveni, sed etiam mihi persuasi plurimas lectiones non manu secunda vel tertia, sed calamo Peregrini ipsius esse correctas.

Gratias ago maximas praefecto bibliothecae illustris Veronensis, qui me diebus aliquot liberaliter excepit; me adiutum esse confiteor in editione conficienda a Marco Beck Hallensi et Ottone Zwierlein Bonnensi, quem lucubrationes suae philologae non retinuerunt, quin tempus in Asterio emendando contereret.

12 Cf. Hier. epist. 103,1 (CSEL 55 p. 237,5) = Aug. epist. 39,1 (CCL 31 p. 158,3), Hier. epist. 102,1 (CSEL 55 p. 234,13) = Aug. epist. 68,1 (CCL 31A p. 29,3) et imprimis epistulam illam, in qua Augustinus sibi epistulam translatam esse commemoravit *per sanctum filium tuum Asterium, nunc iam non solum fratrem verum etiam collegam meum* (epist. 82,1 [CCL 31A p. 97,5] = Hier. epist. 116,1 [CSEL 55 p. 397,11]). Vide 'Prosopographie chrétienne du Bas-Empire 1': André Mandouze: 'Prosopographie de l'Afrique chrétienne (303–533)', Paris 1982, 98 [s.v. Asterius 2].

13 Cf. subsidia editionis meae.

Accipe ergo, lector, in bonam partem opusculum Asteri descriptum a Peregrino bello et peste vexato, in quo me fateor laborasse, ut codicis lectiones servarem neve verborum elegantiam perderem.

Scribebam Halis Kal. Febr. a. MMXI R.J.

INDEX EDITIONVM ET COMMENTATIONVM QVAE IN APPARATV CRITICO LAVDANTVR

EDITIONES

Gennaro — Asterio, Liber ad Renatum monachum. Testo inedito a cura di Salvatore Gennaro, Catania 1970 (= Genn.[1])

— Asterii Episcopi Ansedunensis Liber ad Renatum monachum, cura et studio S. Gennaro, in editione Scriptorum 'Illyricorum' minorum (CCL 85), Turnholti 1972, 1–25

COMMENTATIONES

Beck, M. — ap. Jakobi 2008 et per litt.

Cazzaniga, I. — Note critico-testuali ad alcuni passi del nuovo testo di Asterio *Ad Renatum Monachum*, RFIC 102 (1974), 432–439

Fontaine, J. — rec. ed. Gennaro[1], Latomus 33 (1974), 952 sq.

Giversen, S. — Liber Asterii and the New Testament, Studia Theologica 19 (1965), 47–54

Grilli, A. — Asterius to Rhenatus, RPL 1 (1978), 95–99

— Il proemio d'Asterio *Ad Renatum Monachum*, ScrPhil 2 (1980), 131–148

Gualandri, I. — Sul testo di Asterio Ansedunense, ScrPhil 1 (1977), 151–158

— Asteriana, ScrPhil 2 (1980), 149–157

Hall, J. B.	ap. Gualandri 1980
Jakobi, R.	Patristische Analekten, 2. Beiträge zum Brief des Asterius, SEJG 47 (2008), 156–158
Löfstedt, B.	Drei patristische Beiträge, 2. Zu Asterius, Arctos 16 (1982), 66–69
Morin, G.	Un curieux inédit du IVe/Ve siècle, Le soi-disant évêque Asterius d'Ansedunum contre la peste des agapètes, RBen 47 (1935), 101–113
Orlandi, G.	ap. Grilli 1980
Tandoi, V.	rec. ed. Gennaro^{2}, A & R 21 (1976), 94 sq.
Zwierlein, O.	per litt.

CONSPECTVS SIGLORVM

V Verona, Bibl. Capit. CXIII (214), ff. 69r–76v (liber a. 1511 a Peregrino Peregrini *in urbe Verona … urgente gravissimo bello et seva bachante peste* scriptus)

V$^{a.c.}$ Peregrinus
V$^{p.c.}$ Peregrinus se ipse corrigens
V^{2} altera manus post.

ASTERI
LIBER AD RENATVM MONACHVM

Dilectissimo mihi atque amantissimo fratri Renato Asterius in domino Iesu Christo salutem.

I. (1.) Licet fixo in transitu dente mordicus laceres et interrogatione subtili figuraliter laedas, dum me aut uitiis alienis aut uulgi exutum esse proposito simulas, [aut] mihi parum aliquid doni exigis infinitum arbitrans meam paruitatem aliorum recta uel praua aequo posse iudicio definire, cum nouerim me in utroque minus idoneum: et qui tacere didici, quod mihi uerecundiae nec cuiquam honori fuit, cogor dicere, quo me calumniae nexu alienum esse conuincam, et tamen ambiguus pudoris ac metus angusto fine conclaudor grauemque mihi ac periculosum innecti circulum sentio et ad superciliorum odiorumque plenum uerticem trahi. **(2.)** Sed, ne tacendo tuae suspicionis laqueis tenear, breuiter in ipso limine habito respectu *** nihil in me prorsus esse quod putas, uerum ex aliis scire quod postulas. Huc accedit quia desuetum ac languidum ingenium et omni segnitie tabefactum donare populis uelis, his maxime, ad quos etiam si non digito, re tamen ipsa dicendum est ridendumque aut forte carpendum. Frontem munire compellis et temeritate praecipiti clausis admodum oculis saeuientium linguarum procellis immergi.

SANCTI Asterii Episcopi Ansedunensis ad Renatum Monachum *V*: Liber Sancti Asterii Diui Hieronymi discipuli Ad Renatum Monachum De Fugiendo monialium colloquio et uisitatione *V in ind. f.* 1^r
7 proposito *Genn.*: -ū *V* | simulas *Löfst. 68*: si malis *V* | secl. *Zw.* | doni *Zw.*: -is *V* (mihi paruo aliquid donis *Genn.*) ‖ **8** meam *Grilli 1978, 95*: mecum *V* | paruitatem V^1 *ut vid.; Genn.*: prauitatem V^2 | praua *Genn.*: parua *V* ‖ **9** difinire *V* ‖ **10** honori *Gual. 1977, 153*: oneri *V* ‖ **12** metus *Giversen 51*: -u *V* ‖ **12–13** graueque *V, corr. Grilli 1978, 95* ‖ **14** Sed] …, scilicet *Grilli 1978, 95, qui post* tenear *dist.* ‖ **15** limine *Gual. 1977, 153 adn. 12*: limite *V* | habita $V^{a.c.}$ | *lac. sig. Jak.; supplendum videtur* ⟨intellegere te uelim⟩ *vel sim.* ‖ **17** *dist. grav. ante* huc *Jak.* | quia *sic V*: quod *Beck* ‖ **18** donari *Zw.* ‖ **20** fronte *V, corr. Genn.*

Et hoc uno aestimas tibi satis posse fieri sacramento, si me periclitante securus sis aut forte, dum nimius fuero uera dicens, insaniae accusari patiaris. **(3.)** Audeam tantum non fiducia mei, sed diuina admonitionum auctoritate suffultus, et tamen tibi gurgitanti poenam obicerem scripturarum: Meum enim caput quatientibus flabris inuidiam malim subire quam crimen. Verum incipienti turbatum adeo in aera sinus expandere, in altum profundum maris tractu remorum scandere prima occurrit et maxima difficultas, quae fretum duplici coartat angustia et graues in obuiam periculorum seminat casus: Si enim tacuero, silentium uertetur in crimen; si respondero, suspicanti uereor ne mea defensio accusatio uideatur aliena. **(4.)** Quid igitur faciam, cum etiam maliuolis aurem praebere responsis tale sit ac [si] Sirenarum cantibus acquiescere et mortifera uocum dulcedine usque ad interitum animi uenenosa delectatione molliri? Coactus itaque petam turbidum litus spumosisque albentem fluctibus ripam celeri cursu decurram; et si aliter occultas euadere non licet cautes, scopulosum aequor rapidis anfractibus euitabo:

Dextrum Scylla latus, laeuum implacata Charybdis
obsidet.

Inter utramque uia est leti, quia nec immorare tutum est nec transire securum, quando † neutrum scatentibus dolis acre nescio quid inmurmurat et in utraque uoragine perturbationum profunda

4–5 cf. Mt 18,6 (Mc 9,42; Lc 17,1 sq) ? ‖ **18–19** Verg. Aen. 3,420sq.

3 accusari *Grilli 1978, 95 (cf. 1980, 135 adn. 9)*: -re *V* ‖ **3–4** tantum … tamen] tamen … tantum *(uel* -a*) Zw.* ‖ **4** argutanti *Grilli 1980, 135* ‖ **5** obicem̄ *V, corr. Genn.; an* obiciam *Beck?* ‖ **6** malin *V, corr. Genn.* | turbatum *Grilli 1980, 135*: turbas *V* ‖ **7** *fort.* expandere ⟨et⟩ *Zw.* ‖ **9** coarctat *V* ‖ **10** uertetur *Grilli 1980, 135*: -itur *V* ‖ **10–11** *ante* suspicanti *dist. Grilli 1980,135, post V* ‖ **12** quid igitur faciam, cum *Jak. (*q.i.f.? cum *Orlandi ap. Grilli 1980, 135)*: q.i.f.? tum *V* ‖ **13** *secl. Gual. 1977, 152 (*si | Sirenarum *V)* ‖ **14** moliri *V, corr. Genn.* ‖ **18** Sylla *V* | Caribdis *V* ‖ **20** qua *Hall ap. Gual. 1980, 156* ‖ **21** utrimque *Gual. 1977, 153*: *malim* fretum: et aestus *Zw.* ‖ **22** inmurmurauerat *V*[a.c.]

circumsonant. **(5.)** Melius tamen puto † uim uerum † audacter arripere quam periculosum temere iter intrare, et commodius eiectis quibusdam exoneratum eruere quam onusta puppi profundis inuolui. Nam supremum etiam erit hoc ex arte remedium, natando praeuenire mortem, ceterum donare casibus nauim; quapropter nostris quoque non deerit huiuscemodi norma consiliis, ut remota calumniae procella super noxios declinet omne naufragium. Sciti namque gubernatoris est non ex alieno cursu confidere, sed proprium cauto moderamine custodire; tumentis autem pelagi motus fortissimae puppis illisi lateribus conuerso in obliquum temone funduntur et scissis obiectu prorae ac remige celerante uerticibus, in subiectos sinus rabidi maris prominens unda delabitur. **(6.)** Nec non, ut more bellantium fieri solet, aduersum nos iacta spicula transmissione facili detorquemus, et obuium hostilis turbae cuneum celeri auersione depellimus; emisso quippe ferro uolatile uulnus corusco umbone reiectum in aliud longe corpus infigitur, subtractoque eo qui petebatur iaculum alium, quem sors inimica quaerit, inueniet. Nec tamen nostra uoluntate quemquam poenae subicimus nec per dolum callidae artis morti destinamus insontem, sed unusquisque propria sub condicione liberatur, aut certe decipitur et merito periculum subit, qui nudatus armis sua inertia manet incautus. Nam percussoris manus proprie certum desiderat reum et in eum rite declinat, qui iure meretur occidi.

1 circumsonant *Grilli 1980, 135*: -at *V* | uiam ueram *Genn.*: uiam ueri *Beck* ‖ **3** eruere *Jak.*: erruere *V*: irruere *Genn.* | pupi *V* ‖ **4** hoc *sic V, ut coni. Genn.*[1] *et Grilli 1980, 135* ‖ **8–9** proprium *Grilli 1980, 136*: -o *V* ‖ **10** pupis *V* | illisi *Gual. 1977, 153*: -is *V* | conuerso *Grilli 1980, 136*: -um *V* ‖ **11** finduntur *Gual. 1977, 153* | remige *Gual. 1977, 153*: -i *V*: -gio *Grilli ap. Gual. 1977, 153 adn. 13 et 1980, 136* ‖ **12** rubidi *V, corr. Morin 111 adn. 1* ‖ **14** obuiam *V, corr. Morin 111 adn. 1* ‖ **15** uolatile uulnus *Jak.*: uolatile, uulnus *Genn.* ‖ **16** eo *Morin 110 adn. 2*: et *V* ‖ **17** iaculum *Grilli 1980, 136*: -o *V* | alio *V, corr. Morin 110 adn. 2* ‖ **21** *dist. Jak.*: subit qui, n. a. s. i., m. i. *Genn.*

II. (7.) Igitur hoc sensu ordinem propositae quaestionis aduerte: Primum scire te uellem de statu sexus utriusque ac nomine monachorum, qui uel ab hoc ordine differant, uel qui simul mundum cupiditatesque deuincant; tum de uitae cursu seu proposito, cum angelicam conuersationem imitari festinent; ad extremum quare passim quasi ex uno consensu plurimis liceat, quod uni recte non liceret, quando sub honestis nominibus deo quippe dicatis paria inueniantur et bigae, quae plerumque non careant occasione uitiorum, cum constet ea, quae reprehensioni sunt proxima, sine dubio iudicis mentibus inimica.

III. (8.) Repetenda paululum nobis est origo mundana, et ab initiis creaturarum noster etiam sermo sumat exordium. Rudi adhuc et informi mundo cum primordia terrarum coalescerent et diuinae maiestatis arbitrio ex nihilo cuncta consisterent atque idem praeceptor et artifex deus esset in omnibus, ad humani corporis fabricam, comitante in filio sapientia, toto pietatis affectu descendens *ait:* '*Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*'; quem modulantibus spiritalis prouidentiae digitis sacris manibus ita compegit, ut ipsum ex toto sibique sufficientem, nullo egentem subsidio statueret et super cuncta, quae fecerat, cariorem monachum solumque paradisi hospitem omni gratiarum munere decoraret. **(9.)** Verum quae simili modo statimque subsecuta sit femina, uelut in solacium hominis praeparata, non satis sufficit intentioni quam

14 cf. 2 Mcc 7,28 ‖ **16–17** Gn 1,26 ‖ **22–23** cf. Gn 2,18

1 sensus $V^{a.c.}$ ‖ **1–2** aduerte. P. s. t. uellem *(immo* uelim *Beck) Löfst. 68*: aduerti. Primum scire te uelle *V (*aduerti: primum scire te uelle *Grilli 1980, 131)*: *post* quaestionis *dist. Morin 102* ‖ **3** quia uel ... [qui] uel *Grilli 1980, 131*: uel qui ... uel qui *Genn.* ‖ **4** deuincant *Grilli 1980, 131 et Hall ap. Gual. 1980, 156:* -unt *V* | ...; tum *Morin 102*: ..., tam *V* ‖ **5** angelica conuersatione inmittari *V*, *corr. Genn.* ‖ **7–10** *dist. Gual. 1977, 152* ‖ **9** reprehensione $V^{a.c.}$ ‖ **12** sūmat *V* ‖ **13** mundi *V*, *corr.* V^2 | coalescerent *Cazz. 432*: conualescerent *V* ‖ **16** cōmittante *V* | in] cum *Zw.* ‖ **19** ipso *V*, *corr. Genn.* | sibi[que] ... nullo⟨que⟩ *Gual. 1980, 155* | egentem *Fontaine 953*: -e *V* ‖ **20** chariorem *V* ‖ **22** quae *Beck ap. Jak. 2008, 157*: qui *V* ‖ **23** non] nam $V^{a.c.}$

sequimur: Nam in ipsis exordiis substantiaeque humanae coeptis uiri dormientis mutuatam sumpsit originem et appendix conformati dudum iuuenis pro similitudine subrogatur. Nec tamen in toto potestate fruitur ut bonorum socia consorsque dominii, sed uiro subicitur, a quo et nomen accepit, cuius arbitrio cuncta etiam animantia uocabula meruerunt; eoque grauior † ascensu, ut offensa ex eius contubernio haberet initium et praeuaricatio per feminam nasceretur. **(10.)** Egregia interea coniunx, custos salutis ac lateris, et omnium domini conscia praeceptorum, in eo tantum societatis curam seruauit, ut ruina sui etiam conuolueret innocentem: Sacrilegium persuasit immane et desiderio uicta letali, quae solacii causa fuerat attributa, uitalem hominem perpetuam traxit ad mortem. Pro dolor! Flenda societatis eius initia, et in utroque notabilis femina, quia et decipi potuit et decipere festinauit.

IV. (11.) In Adam ergo monachorum primitiae dedicatae sunt, ac deinde peractis uarietate temporibus per multos sanctae memoriae uiros usus et imitatio etiam ad nostram usque peruenit aetatem. Sed non ut dicitur, ita geritur; monachus enim non tam professionis nomen est quam conuersationis: Monachus ille est, qui humili secretaque uita uel solitaria est commoratione contentus; monachum quietum esse decet et ab aliis in publico desiderari potius quam uideri. **(12.)** Monachum perfectum difficile † est immo rarum sed † non enim diffido, sed dubito quia, cum esse possit, in aliud declinat, ut non sit. Neque usurpatum cuiquam sufficit nomen populari

5–6 cf. Gn 2,20 ‖ **6–8** cf. Sir 25,33 et 1Tim 2,14

2 conformati *Gual. 1980, 154*: confirmati *V* ‖ **6** *corrupt. ind. Gual. 1980, 153, quae et dub.* descensus *(i.e.* defectus a Deo*) prop.*: ‹feminae› accessus *Zw.* ‖ **9** eo *Gual. 1980, 154*: ea *V* ‖ **10** cura *V, corr. Genn.* ‖ **11** immane *Jak.*: inanut *V*: insana [et] *Cazz. 432 (*-um *Genn.), qui* inane *quoque coni.* ‖ **12** proh *V* ‖ **14** quia *Genn.*: qui *V*: quae *Beck* ‖ **17** immitatio *V* ‖ **19** qui *(del. V*$^{p.c.}$*)* cui humilis *V, corr. Genn.* ‖ **22–23** *coll. 22 (p. 10,1) e. gr.* difficile est, inueniri raro. Non enim *Jak.*: difficile est ‹inveniri›, immo rarum, sed ‹esse potest›; non enim *Zw.* ‖ **23** in aliud *bis V*

admodum errore praesumptum, quod ex opere nudum destituitur. Quod sibi uocabulum uindicat solum, cui conuersatio hominis displicet, cum quaedam infamia sit imbecillitatem ingloriam latere uelle sub umbra uirtutis. Cuius nominis uim sic per os sancti Dauid scriptum significat: *Factus sum sicut passer solitarius in tecto*; quod magis euidenter in Graeco exprimitur: Ἐγενόμην ὡς στρουθίον μονάζον ἐπὶ δώματι, monachum solitarium significans, non nomen honorabile aut sine causa praesumptum.

V. (13.) Oportet autem huius conuersationis hominem uirtutis esse amatorem, non gloriae sectatorem; † quo uitio quemquam minus † crediderim, ac tamen usu ipso et diuturna eruditione uitare posse concedam, quo soli deo placeat, cui ut sit gratior elaborat, *sicut scriptum* nobis *est*: *Qui gloriatur, in domino glorietur*. Virtus enim per se ipsam magna est, et ita rebus eminens ceteris, ut cultorem sui proprio labore sustollens caelo faciat propiorem; nam plerumque uirtutis imitatio, dum in promptu habet gloriandi cupidinem, infelicis desiderii tabe polluitur et, dum inani aura et uili nomine delectatur, uulgaris famae flosculo intenta perfectae uirtutis honore fraudatur. Cuius rei arcem summa illa et probata sapientia non nisi ex dei timore consequitur, sicut sanctae legis magisterio commonemur: *Quia principium sapientiae timor est domini*.

VI. (14.) Prima itaque monachi uirtus in eo est, a naturae physicis animum uincere; secunda, ipsum ab alienis animum custodire, spem ex nouissimis et afflictis quaerere, futura potius quam praesentia cogitare; nihil enim potest monachum facere nisi abdicatio

5 Ps 101,8 ‖ **12–13** 1Cor 1,31 ‖ **21** Prv 9,10

1 nudum *Genn.*: -o *V* | destituitur *Jak.*: destruitur *V* ‖ **2** quod *Genn.*: quid *V; ante* quod *dist. grav. Jak., lev. Genn.* | uendicat *V, corr.* V^{2} | hominis *Gual. 1977, 154*: nominis *V* ‖ **3** imbecillitatem *Gual. 1977, 154*: -is *V* ‖ **6** Graeco] *add.* significat *V, del.* $V^{p.c.}$ ‖ **10–11** *e. gr.* quo uitio quemquam penitus ⟨carere non⟩ crediderim *(…*⟨carere⟩ minus crediderim *Jak. 2008, 157)*: quod uitium *(iam Genn.)* ⟨uitare⟩ quemquam *Zw.* ‖ **12** *fort.* …; cui ut sit gratior, elaboret *Beck* ‖ **23** uincere] ⟨se⟩iungere *Zw.* ‖ **25** nihil *Genn.*: nec *V*

rerum, quae solent animam captiuare. Vacua mens et ab omni mundanae cogitationis desiderio segregata tota libertate fruitur spiritali: Nihil nisi caeleste considerat, nihil nisi quod tenue aut aereum spiritaleque contemplatur; et si opus intuitus fuerit in se uigili et curiosa mente diuinum ac uoluntatem factoris sui alte discusserit, ex prima dispositione cognoscet, quam solus placeat omni abstinentiae uirtute succinctus et ad omne imperium domini strenue praeparatus, ut hoc laboret esse, quod aut paradiso dignum aut caelo sit necessarium. **(15.)** Si quis studii huius fuerit ardore succensus, non solum superfluis carere debet, sed etiam necessariis, sicut diuinum saluatoris protestatur eloquium: *Qui non renuntiauerit omnibus quae habet, non potest meus esse discipulus. Et qui uult saluare animam suam, abneget eam.* Quid carius anima, pro qua cuncta pensantur et non ualent? Si ergo dilectioni et commodo prohibetur, nihil est reliquum, quo libertas animae retardetur, quando pro ipsius salute etiam ipsam iubetur abnegare: Adempto eo quod principale est, omne quod sequitur nullum est.

VII. (16.) Praeciso aditu curarum penitusque concluso sequitur ut accessu indigeant, quo curarum inserunt rationes; non enim quid bene aut male desideres quaeritur, sed ut nihil concupiscas exigitur. Non prius causae tollendae sunt, sed in quo causae cadunt; nihil enim de spinosis fructibus causatur agricola, qui terram, quae spinas gignit, exuret. Ad hoc propositum si quis animum intenderit, totum se migrare putet e saeculo: Nihil praesentia respicere debet animo possidens, quae futura sunt; spes enim non manu, sed fide tenetur; spes ad perfectum illa est, quae nihil habendo retinet totum; non putet auferre se aliquid posse, qui nihil intulit mundo. **(17.)** Christum pauperem pauperior famulus prosequatur, nudum

11–13 Lc 14,33 et Mt 16,25 (Mc 8,35; Lc 9,24) ‖ **27** cf. 1Tim 6,7

6 quam] *fort.* quomodo *Löfst. 68* ‖ **7** uirtute] uirtute praeparatus *V*$^{a.c.}$ ‖ **13** charius *V* ‖ **14** cuncta *V in ras.* ‖ **15** quo *Fontaine 953*: qui *V* ‖ **17–18** *dist. Jak.* ‖ **18** curarum *fort. secl.* ‖ **19** qua *V*$^{a.c.}$ | rationes *Jak.*: -em *V; fort.* ⟨se⟩ ins. rationes *(vel* cur. inseruntur*)* ‖ **20** queritur *V*

nudus inquirat; quae mari, quae terra gignuntur, quaeque aeris [largitate] fecunditate largiuntur, nulla mentem delectatione sollicitent: Spiritaliter uiuere cupiens spiritu pascatur ac fide. Ita enim diuinitus praemonemur: *Non enim in pane solo uiuit homo*, *sed in omni uerbo dei*; exutus enim animus curis ac purior effectus caelestibus magis utitur cibis, nec cupit terrena aut tantum uisum tactumue praetereuntia.

VIII. (18.) Postremo illud debet habere monachus, quod non possit perdere moriturus. Qui solus est, multis modis abundat: Primum, quia securus ac liber, tota prorsus sarcina derelicta, pondere uacuus si intentius mentem leuet altiora consectans, erigi se putabit ad caelum chorisque angelicis iungi; et si excussa caligine naturali interioribus conspexerit oculis, uelut aperiri sibi ianuam credet firmamenti et tribunalia magnificis sedibus praefulgentia Virtutesque caelestes suis aspectibus apparere. Praeterea sperat reuelari sibi aliquid magnum aut illustrari se maioribus nuntiis, uel apparere aliquando angelicae potestatis ornatum.

IX. (19.) Vt de praemio futurae uitae taceam, quam magnum est huic solo fixis haerere uestigiis et animo per caelum cum sideribus ambulare! Cumque firmissimis castimoniae studiis et nomini suo condignis operibus friuolum hoc et mortale calcauerit specimen, purae conscientiae luce gaudebit, et intuitu spiritali permotus uitalem terram magno desiderabit affectu, incipiente apostolica uoce praedicere: *Cupio dissolui et esse cum Christo*; et cum psalmista consona uoce cantabit: *Quis dabit mihi pennas sicut columbae*, *et*

4–5 Lc 4,4 ‖ **24** Phil 1,23 ‖ **25–9,1** Ps (iuxta LXX) 54,7

1 terra *Gual. 1980, 151*: -ae *V* ‖ **2** largitate *V, non* largiente, *quam vocem secl. Gual. 1980, 151 (non V*$^{p.c.}$*)* ‖ **6–7** tantum … praetereuntia *Jak.*: tantae *(*-a *Genn.)* … praeeuntia *V*: sub uisu tactuue pereuntia *Beck (*pereuntia *iam Zw.)* ‖ **11–13** putabit … credet *Gual. 1977, 151*: -uit … -it *V* ‖ **14** Virtutesque *Jak.*: uir- *V* ‖ **16** illustrari *Zw.*: -e *V* ‖ **19** animo *Jak. 2008, 157*: -um *V* ‖ **21** *dist. Gual. 1977, 151* ‖ **22** spiritali *Jak.*: speciali *V* ‖ **23** magnum … affectum *V, corr. Genn.* | incipienti *V*

uolabo, et requiescam?, tunc domini merebitur audire sermonem: *Amen dico tibi, quia hodie mecum eris in paradiso.* Felix hoc uoto, felicior facto: Vnum scire et habere solacium, quo anima in tuto semper est; nam cura corporis, dum paruo contenta est, ut detrimentum non habet, ita prouocat ad salutem.

X. (20.) Et quoniam de utroque sexu nobis propositum est dicere, de utroque sentiendum est, quicquid in commune perstringetur: Sibi enim cum similibus causis paria iunguntur et merita. Ab hoc autem uitae studio non natura, non aetas, non sexus quemquam excusabilem facit; uno animo, licet nostro uitio impari uoluntate, ad seruitutem dei creati sumus. Vnius sibi substantiae materia in uirum feminamque diuisa est; separatio sexus fabricam informis naturae non minuit: unus nobis ardor, una spes, eadem fides. Cunctis hoc iter apertum est: Nemo se inaequalem, nemo debilem simulet, tantum praecedat uoluntas: *Nam uirtus in infirmitate perficitur.* **(21.)** In agone quippe uel stadio uitae huius animae fortitudo, non corporis quaeritur, et gloriae palma proposita non discernit condicionem, sed solum respicit hominem. De uictore enim iudicium est, non de persona; fortiori enim debetur corona, non sexui, domino saluatore dicente: *Qui uicerit: dabo ei coronam uitae.* Dum dicit *qui uicerit*, nullum excludit, sed utrumque recipit sexum. Pugnae praemium non species, sed sola exigit uirtus. Ille ad brauium peruenit, qui celerius currit; ille laude dignus est, qui se praecedentem alacritate transierit; aut, si discernendum est aliquid, illa magis duplicem meretur coronam, quae et sexum uicerit et naturam.

2 Lc 23,43 ‖ **15** 2Cor 12,9 ‖ **16** cf. 1Cor 9,24 ‖ **20** Apc 2,10 ‖ **22–23** cf. 1Cor 9,24

4 ut *Löfst. 68*: et *V* ‖ **7–8** *fort.* perstringitur ‖ **8** ab *Jak.*: ob *V (*ob…studium *Genn.)* ‖ **10** *dist. Gual. 1980, 155* ‖ **16** stadio *Grilli 1980, 144 adn. 27:* studio *V* ‖ **17** queritur *V* ‖ **21** pugnae *Genn.:* pugnet *V* ‖ **23–24** praecedentem laudem alacr. *V*[a.c.] ‖ **24** alacritate *Tandoi 95*: -tem *V* ‖ **25** ex sexu …et natura *V, corr. Morin 111 adn. O*

XI. (22.) Ex illis ergo hi, quos iamdudum difficile aut raro inueniri diximus, quorum non dubito uitam et mores deum delectari; qui sunt: tam manifesti sunt, ut, dum mundum fugiunt, merito et labore clari non lateant. Per hos quippe deus placatur, quorum in hoc saeculo uita munda et oratio continua sibi uiam facit ad caelum; inuocatio eorum penetrat sidera, et emissa uox ad summa peruenit tribunalia, quantoque separantur a mundo, tanto fient proximi deo; et tunc illum domini merentur audire sermonem: *Venite, benedicti patris mei, possidete regnum uobis praeparatum a constitutione mundi.* Quod sine dubio his solis praeparatum est, qui per bona opera benedicti sunt et benedictionis donum habent regna caelorum.

XII. (23.) Datur itaque audire uel nosse, quibus se huiusmodi pro spe futura periculis dederint et quibus modis uitae istius quae putantur bona calcauerint; penitus enim se abnegantes, subsidia et solacia humanae prouisionis toto fastidio respuerunt: Alius enim abditis extra hominum accessum reconditus siluis ferarum cubilibus assuescit, et indumenta primi hominis imitatus uariis arborum foliis corpusculum tegit, nihil ex terrore ac fremitu commorantium pauens: Scit enim, cui naturali lege cuncta deseruiant. **(24.)** Alius uasta includitur eremo, et serpentum agminibus mixtus, muro fidei circumdatus, cristatisque ⟨collis⟩ draconum et trisulcis aspidum linguis nudum pedem intrepidus superponit, memor fiduciae a deo sibi concessae: *Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem. Quoniam in me sperabit, liberabo eum.* Alius concauae rupi succedens, caecis exceptus tenebris perpetuae noctis hospitio requiescit, ita uitae praesentis commoda spernens, ut etiam

1–2 cf. 12 (p. 5,22) ‖ **8–10** Mt 25,34 ‖ **14** cf. Lc 9,23 ‖ **23–24** Ps 90,13 sq. (LXX)

3 *post* sunt[1] *(sic V) grav. dist. Jak.* | mundum *Gual. 1980, 154*: modo *V* ‖ **4** deus *Genn.*: -um *V* ‖ **12** nosce *V, corr. Genn.* ‖ **13–14** uitae ...putantur *Gual. 1977, 155:* uitam...putatur *V* ‖ **15** prouisionis $V^{p.c.}$ *(marg.)*: condicionis $V^{a.c.}$ ‖ **19** cui *Gual. 1980, 152*: quia *V* ‖ **20** heremo *V* ‖ **21** *add. Jak.* ‖ **22** nudo pede *V, corr. Morin 103* ‖ **24** sperauit *Giversen 52, fort. recte, sed* sperabit *varia est lectio in codd. Ps.* ‖ **26** comoda *V*

luce hac perfrui dedignetur, domino consolante et dicente: *Noli timere quia tecum sum*.

XIII. (25.) His uirtutibus enituntur, quod futuri sunt, esse, dum uiuunt; nam de uictu abstinentiaque eorum taceri melius puto: Quid enim opus est scrutari, unde quis uixerit, qui, utrum uixerit, ignoretur. Sed † quia hoc est quia magnarum incitamenta uirtutum et castitatis continentiaeque praemia et † ipsa enim regna caelorum terrenae infelicitatis amore deperdimus; nec in eo praesumimus, in quo per fidem stamus, sed in quo superflue desudamus; perpetua neglegentes, quae sunt temporalia somniamus, cum euidenter scriptura praemoneat dicens: *Nolite diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt. Si quis autem diligit mundum, non* ‹*est*› *dilectio patris in illo*. Adest in procinctu certaminis iustus spectator ac dominus famulorum suorum congressionibus gaudet laudemque strenuis, solacium inualidis, exemplum de se omnibus praebens; fortis suscipit lucrum et lassum prouocat ad triumphum, sed quem stare uiderit, quem plus animo quam robore dimicare. **(26.)** Ille se autem decipit, qui de uia redit desertionisque periculum subit, qui, dum fugit mortem, amittit et uitam. Verum quia prauis et in deterius currentibus saeculis mortales miseri non initium dispositione dei, sed ruinae considerant casum, prompti in sua nece ita cupide diligunt mundum, ut semel acceptae condicionis delectentur interitu; et in uallem lacrimarum propria uoluntate deiecti, ad sublime fastigium occurrunt, caecatosque uitiis oculos non ualent aperire, domino saluatore piis uocibus cohortante: *Venite et uidete, quia iugum meum suaue est, et onus meum leue.*

1–2 Gn 26,24 ‖ **11–13** 1Io 2,15 ‖ **22–23** cf. Ps 83,7 (LXX) ‖ **25–26** Mt 11,28.30

3 quod *Genn.*: quia *V* ‖ **5–6** *dist. Grilli 1980, 146 adn. 33 et Löfst. 67* ‖ **6–7** *loc. corruptus: lacuna post* praemia et, *quia* ipsa enim *initium est sententiae* ‖ **9–10** desudamus *post* temporalia *iter.* $V^{a.c.}$ ‖ **10** negligentes *V* ‖ **12** *suppl. Jak.* ‖ **13** spectator *Gual. 1977, 155 sq.*: exspectatur *V* ‖ **15** suscipit *(sc.* dominus*) Grilli ap. Gual. 1977, 156 adn. 25*: -iet *V* ‖ **22** ut *Genn.*: et *V* | interritu *V* ‖ **23** uallem *Jak. coll. Hier. epist. 22,10,2*: -e *V*

XIV. (27.) O intoleranda caecitas! Caelestia dona fastidio habent, et desideriorum luto defixi terrenorum habentur hiatibus, et cum salutis habeant medicinam, doloris tamen eligunt poenam. Sed: *Quid paleis ad triticum? dicit dominus*; enimuero iniusta mens corruptis olim moribus et studiis in aduersum commutatis quotidianos actus uitiat potius quam emendat. Nam uix inter certamina uitiorum honestatis aut modestiae aut quicquam probi moris inuenitur; ut enim nosse perfacile est, ita † uaganter et sine delictis † quorumdam uagantur incessus, ut sub specie bonae professionis honestae rei actum nomenque corruperint, apostolo non tacente: *Omnia uestra honeste fiant*: Quae apud hos traditionis speciem magis quam uires habent. **(28.)** Nam incondite et solum ad ostentationem male praesumptum, quod opere non defendunt, nudae nomen appellationis infamant et sub occasione christianitatis alienae uirtutis in se uocabulum transferunt, uoluntque se dici monachos et in labore turpiter delicatos; et cum sufficeret fidei esse participes, maioris gloriae cupidi perdunt etiam illud, quod esse non possunt.

XV. (29.) Nollem de his, quae uera sunt, euidentissime dicere, ne maliuoli potius quam narratoris uidear uti persona. Sed quis aequo animo ferat, cum fora, cum triuia, cum plateae subinde ⟨a monachis⟩ repleantur? Et quod pudoris est, et ipsi audire uolunt populum: Nulla [monachorum] in urbe seditio, nulla caterua, quam non aut faciant aut magis augeant. Procedunt quotidie nulla rei utilioris cura, sed prauis assueti colloquiis, aliorum mores diiudicantes, quos aut in caelum adulanter ferunt aut inuidiose ad ima deiciunt. Non sunt contenti aedibus propriis, non silentiis hospitii,

3–4 Ier 23,28 ‖ **10–11** 1Cor 16,14

1 intolleranda *V* ‖ **7** aut^2 $V^{a.c.}$: haud $V^{p.c.}$ ‖ **8** nosce *V* | *corrupt. ind. Jak.* ‖ **9** ut *Genn.*: et *V* ‖ **10** corruperit *V, corr. Genn.* ‖ **13** nudae nomen *Jak.*: nudo nomine *V* ‖ **14** infamant *Jak.*: in fama *V* ‖ **15–16** monachus … delicatus $V^{a.c.}$ ‖ **18** euidentissime *V, ut coni. Grilli 1980, 147 adn. 34* ‖ **20–21** *add. Jak. 2008, 157* ‖ **21** et^2 *Jak. 2008, 157*: ut *V (vel* ut …⟨ita⟩ nulla*)* ‖ **22** *secl. Beck ap. Jak. 2008, 157*

aut pauperculae domus angustiis: Conuentu delectantur et turbis et in eo grauius, quia se sciri ab hominibus impudenter agnoscunt.

XVI. (30.) Hos iamdudum apostolicus sermo diuina uoce signauit dicens: *⟨Venient enim⟩ in nouissimis diebus illusores ⟨seducentes⟩ et iuxta propria desideria ambulantes*; ex eorum namque schola procedunt, quae nec facta nec dicta quoquam loco reperiuntur, illudque prouerbium de Atheniensibus enarratum, quod nouae opinionis studium haberent, in suam curam nostri palliati artemque traxerunt. Apud hos uoluuntur immensa, quae mox nulla ueritate sequente in uanum rumorem auramque liquescunt; rapiunt sane murmuris nouitatem mussitationibusque secretis eius rei commenta disseminant, cuius ipsi uidentur auctores tam celeres ad nuntiandum quam ueloces ad confingendum. **(31.)** Habent sane etiam aliud astutiae genus, quo uanae gloriae cupidi aliquid captiose disponunt. Nam sedibus ob aliam necessitatem prouisis sic irreuerenter utuntur, ut propalam aut tabernarum scamnis aut medicorum cathedris insideant, habentes scilicet uarias de diuinis apicibus quaestiones, quas more solito ad decipiendos innocentiores ita fabre disponunt, ut diabolicae peruersitatis acumine subuertant, quod naturaliter utile audientibus fuerit, scriptura sancta narrante: *Sunt qui loquuntur et interficiunt gladio*, scilicet qui non corpore uidentur, sed animam iniquitate uigoris occidunt, psalmista etiam similiter describente: *Venenum aspidum sub labiis eorum. Et linguae eorum gladius acutus*. **XVII. (32.)** Promittunt enim scientiae, quos non habent, fontes et imbrem nubium uacuarum omni sterilitate atque ardore siccatum, prodente eorum imperitiam apostolo ac dicente: *Hi sunt fontes sine aqua et nebulae turbinibus exagitatae, quibus caligo tenebrarum reseruatur*; nam cum aperta et manifesta

4–5 2Pt 3,3 ‖ **7–8** cf. Act 17,21 ‖ **21** Ps 58,8 (?) ‖ **23–24** Ps 13,3 (139,4) et Ps 56,5 (LXX) ‖ **27–28** 2Pt 2,17

3 hos *Beck*: hoc *V* ‖ **4–5** *suppl. Jak. sec. Hier. adv. Iovin. 1,39* ‖ **8–9** *dist. Gual. 1977, 152* ‖ **11** nouitatem $V^{p.c.}$: sanitatem $V^{a.c.}$ ‖ **19–20** *dist. Gual. 1977, 152 sq.* ‖ **24** actutus *V* ‖ **26** sicatum *V* | imperitia *V, corr. Genn.*

sint, de quibus forte confligunt, inmissa caligine sic contegunt, ut tenebrosa interpretatio plus difficultatis habeat quam id, de quo quaeritur. Et dum obscuris uera inuoluerint, ita fit ut caeci caecos habeant auditores; namque uitae temeritas eorum in toto peruidetur ingenio. Vnusquisque eorum in prauum sibi magister est et ex se promittit, quod omnino scire non possit, nec audiunt prophetam dicentem: *Vae qui sapientes estis in oculis uestris!*

XVIII. (33.) Denique mysteria siue cuncta secreta, quae omnia notiora confingunt, quo sub promisso dubiae rei curiosos illiciant sectatores, ut sit uerum illud apostoli: *Mali autem homines et seductores proficient in peius, errantes et in errorem mittentes*; et, ut reor, de ipsis est proprie dictum a sapiente quodam: *Quid ante pedes sit nesciunt caeli scrutantes plagas*; nec considerant illud diuinae potestatis elogium, domino proclamante: *Vae uobis scribae et pharisaei hypocritae, qui cum laboraueritis unum proselytum adducere, facitis eum filium gehennae.* **(34.)** Per istos nouorum dogmatum error exsurgit, et inimica fidei haeresis accipit nomen; ex quibus Arrium et Origenem saeua huius mundi euomuit et inaudita produxit impietas, quorum linguis antiquus ille coluber tortuosus tot sanctorum illisus ‹soleis› lasso adhuc insibilat murmure calcatoque capite, quae palam non audet, occulte uenena disseminat et uoce sacrilega creatorem omnium deum blasphemus tergiuersator accusat.

XIX. (35.) Et re uera hac semper discipuli eorum usi uersutia teneros ac molles in fide animos funesta traditione subuertunt, quo

3 cf. Mt 15,14 ‖ **7** Is 5,21 ‖ **10–11** 2Tim 3,13 ‖ **12–13** Enn. trag. frg. 187 Joc. ‖ **14–16** Mt 23,15 ‖ **19** cf. Iob 26,13 ‖ **21** cf. Mt 13,25.39

3 inuoluunt *V*$^{a.c.}$ ‖ **4–5** temeritas … in toto *(Genn.)* peruidetur ingenio *Jak.*: temeritatis … in totum *(sic in ras.)* peruideatur ingenium *V* ‖ **9** curiosos *Jak. 2008, 157*: curiosius *V* | illiceant *V* ‖ **11** errore *V, corr. Genn.* ‖ **12** quid … sit *Genn.*: qui … scit *V* ‖ **17** exsurgit *Gual. 1977, 156*: -et *V* ‖ **18** huiusmodi *Gual. 1980, 154 adn. 17, sed potius* iniquitas *vel sim. omiss.; v. Jak. 2008, 158* ‖ **20** *add. Gual. 1977, 156 coll. Hier. epist. 38,4,4; fort. post* sanctorum *suppl.* | calcatoque *Grilli 1980, 143*: sanctoque *V* ‖ **21** audet *Gual. 1977, 156*: -it *V*

castam prius hominum conuersationem et dei timore succinctam occultis malae persuasionis illecebris gehennae ignibus tradant; quibus olim sacra denuntiatum uideatur esse sententia, domino saluatore dicente: *Non omnes qui mihi dicunt: domine, domine, introibunt in regnum meum*; nec si dixerint: ‘Quia in nomine tuo uirtutes et signa fecimus’, poterunt ullum habere remedium, Iesu Christo acrius conclamante: *Non noui uos, operarii iniquitatis.* **(36.)** De quibus etiam per prophetam loquitur dominus: *Populus iste linguis me adorat, corde autem longe est a me.* Licet isti non in labiis ueram confessionem nec integram fidem in corde teneant: Quid enim prodest ore ficto mella simulare et corde uenena portare, aut labiis bona promittere et mente atque animo scelera concupisci, et per linguam fumum iacere et incendia nequissimo spiritu praeparare?

XX. (37.) Mihi autem post haec nec honestum silere nec proloqui expedit; inuidiae quidem metus inest, sed exolescentium morum graue periculum. Non tantum autem laedit malae detractio uoluntatis, quantum iuuat conscios delictorum apertissime propalare, ne illius sententiae auctoritate teneamur obstricti, quae dicit: *Videbas furem et concurrebas cum eo; et cum adulteris portionem tuam ponebas*, sed apostoli magis fungamur officio monentis: *Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite.* Omne quippe malum silentio conualescit et perniciosa dissimulatio fouet illicitum; frequenter uitium, dum proditur, emendatur et uulnus, quod medicaminibus non acquiescit, pudore foeditatis suae facilius accipit sanitatem.

XXI. (38.) Itaque uolenti finem facere et ori meo potius praebere custodiam pullulantia malorum incitamenta non sinunt. Quid enim prius arguam uel quid exprobrem his, qui licentiam uitiis quam

4–5 Mt 7,21 ‖ **5–6** cf. Mt 7,22 ‖ **7** Lc 13,27 ‖ **8–9** Is 29,13 ‖ **18–20** Ps 49,18 (LXX) ‖ **20–21** Eph 5,11 ‖ **26–27** cf. Ps 38,2

2 persuasionibus *V*[a.c.] | tradant *Gual. 1977, 156 sq.*: -unt *V* ‖ **3** uideatur *Genn.*: uideat *V* ‖ **8** dominus *Jak.*: deus *V* ‖ **9** iste *V*[a.c.] ‖ **17** propallare *V* ‖ **21** arguite *V*[a.c.] ‖ **23** elleuatur *V*[a.c.] ‖ **24** *an* putore *?*

praemia uirtutibus malunt? Incessamne ipsorum foeditates an morum luxuriem disseram uel domesticae conuersationis prauum miserabileque secretum, an tumentium animorum spiritus et procacitatis ipsius famam irreuerentius publicatam? Multa sunt et proterua, ut etiam me tacente gesta eorum publice priuatimque cantentur! His enim [etiam] stigmata quaedam et prouerbia uulgi libertas infixit; quos ut notabiles faceret etiam in posterum, ‹agapetarum› uocabulo nuncupauit; namque ut se triuialibus uocabulis donent, in apertum reprehensionis genus deuoluti sunt.

XXII. (39.) Habent enim horarum spatia et temporum momenta diuisa, quibus agendum aliquid, etiam quod impunitum non est, quasi licitum faciunt: Nam praesentibus frui maximum putant esse solacium. Omni quippe impudentia et frontis obscenae duritia alienas obsident fores, salutatum pergunt et per officium uisitationis ‹se› prandio turpiter locant. Matronarum quoque temptant adire colloquia et uultum curiosius inserendo quasi necessarios se domesticis usibus simulant deosculatisque manibus seruilem in modum colla submittunt. **(40.)** Vergente autem in occasum die secretioribus illud tempus officiis deputant: Consciis enim omnium malorum tenebris praebent accipiuntque furtiua colloquia. Aliasque sollicitatorum more *penetrant domos, et captiuas ducunt mulierculas peccatis oneratas*; et quia nec suo nec alieno pudori parcunt, ex condicto feminarum infelici contubernio mixti importunas horas uigiliis et fabulis conterunt. Quid iam non suspicioni detur ex collatione secreta, quae per solitudinem captatur et noctem?

XXIII. (41.) Atque utinam haec sola sufficerent, quae animum male captum turpiter trahunt! Sed in deterius cupiditatum stimulis

21–22 2Tim 3,6

1 incessamne *Jak.*: incesso ne *V*: incessone *Fontaine 953* ‖ **4** *dist. Löfst. 67sq.* ‖ **6** *secl. Jak.* ‖ **7–8** ‹agapetarum›uocabulo *Jak. coll. 52 (p. 21,8)*: uocabulum *V* ‖ **8** nam qui *V, corr. Genn.* ‖ **15** *add. Gual. 1980, 154*: prandium … lucrant *Genn.; fort.* locantur ‖ **16** inserendum … necessarius *V, corr. Morin 105* ‖ **18** urgente *V, corr. Cazz. 434* ‖ **20** solici- *V*

acti ad profana et pudenda prorumpunt; nam ut quemque uiderint aut studio miserationis aut deuotionis officio quippiam pauperibus impartire, ita in medio uolitant ut, ipsis aut per ipsos quicquid datum fuerit, quadam specie suis totum fraudibus deputent solum ad seruile obsequium prouisis miseris fratribus, quibus aut ipsam necessitatem aut susceptionem praebentes in omni duritia fastus utuntur. Nec mirum eos hac teneri crudelitate, apud quos minima negotiandi occasio facta est et eleemosynae officium mutatur in praedam:

Quid non mortalia pectora cogis,
auri sacra fames?

XXIV. (42.) Illa sanctorum uocibus accusata et apostolicae auctoritatis iudicio praedamnata *radix omnium malorum auaritia* ita uariis desideriorum illecebris humanos possidet sensus, ut ad insectationem sui dum passim quos ceperit trahit, quasi captiuos et laqueatos teneat, quos a dei timore seiunxerat. Huius igitur morbi grauis et molesta pernicies uitiis omnibus subiacet, quae insatiabili furore succensa numquam satiari nec aliquando repleri potest, quae tantum plus quotidie desiderat quantum plus auxerit. Auget cupido congregationis desiderium et praedae libidinem rapina congeminat; sicut enim sitim magis habet ebrietas et esuriem quandam parit crapula indigesta ciborum, ita nec modo nec numero illius terminatur insania, qui putat sine fine esse mensuram. **(43.)** Suis quippe semper auaritia prouocatur ardoribus et fomite inextinguibili perpetuum sui sentit incendium. In abundantia semper eget nec tantum quod habet, sed quantum cupit excogitat minusque adhuc putat in eo, quod plus optat; semper quaerit, semper manum dilatat, semper affectat, et

9–10 Verg. Aen. 3,56 sq. ‖ **12** 1Tim 6,10

3 *fort.* medium ‖ **3–4** *dist. Jak.* ‖ **5–6** ipsam necessitatem ...susceptionem *Jak.*: ipsa -te... -ne *V* ‖ **8** *fort.* facta est ‹rapiendi facultas› *vel sim.* ‖ **14** *fort.* trahat ‖ **15** *fort.* seiunxerit *Gual. 1977, 155 adn. 21* ‖ **17–18** tanto ... quanto plus habuerit *Zw.* ‖ **22** qui *Gual. 1977, 157*: quae *V*

diuersa desideriorum fluctuans tempestate † similare possis animis ineuitabile partae uitae naufragium.

XXV. (44.) Alius enim sub murmure *** discrimina etiam cum salutis dispendio studiose mercimonium uile sectatur et facile animae damnum aestimat auaritiae sordibus opulentus; non ut euangelii negotiatoris imitetur exemplum, qui distractione bonorum unam tantum possederit margaritam, sed ad fraudem fallaciamque conuersus, quae pretiosa sunt uitae, perdidit, ut uilia mercaretur. Alius uero parua et humillima lucra contemnens insanientibus desideriis ad altiora progreditur; nam maioribus inhians facultatibus sacrum omne professionis decus in auaritiae lucro cum proicit, deliquit. **(45.)** Potentiora huius mundi et quae sunt dominantia penetrantur regumque ac principum potestati non parcitur, ambitione atque improbitate temptatur, quicquid iure iniusteque deposcitur; turpis enim lucri cupidus, et qui semel nescierit erubescere, sic in apertum cadit opprobrium, ut imperatoriae quoque aulae non dubitet adire secreta: Bona poscit, beneficia expetit, possessionum iura flagitat, et quod est sceleratius, sub augmento et uectigali lucro Christi libertas abicitur. Nam qui dudum dimissis propriis laboribus nudum se crucem sequi promiserat, modo cupiditatis seruus effectus est; tunc magis habere incipit, cum habere desierit. O inaudita conuersio: Repente proposito commutato dominum, quem pauper quaerebat, diues factus oblitus est!

XXVI. (46.) Abiecto igitur uelamine uerecundiae feminarum etiam procacium pauca contrectans ex his, quae dolori licet, quid cordi habeant explicabo: Egressus quippe suos uariis apparatibus ita

5–7 cf. Mt 13,45 sq.

1 *corrupt. ind. Jak.* ‖ **3** *lac. ind. Jak. et suppl. e. gr.* ‹uentorum per maris› ‖ **4** uille *V* ‖ **6** imittetur *V, corr. V²* ‖ **8** praeciosae *V, corr. Genn.* ‖ **13** parcitur *Gual. 1977, 157*: -etur *V* ‖ **14** tentatur *V* ‖ **16** obrobrium *V* ‖ **19** abicitur *Löfst. 68*: ad- *V* | nudum *Gual. 1977, 157*: mundum *V* ‖ **25** dolori *Cazz. 434 adn. 1*: -is *V*: dolere *Genn.* ‖ **26** habeam *Cazz. 434 adn. 1* | egressus *Cazz. 436*: -is *V* | suos *Jak.*: -is *V*

disponunt, ut difficilius sit singula quae faciunt describere, quam semel uitiosa damnare. Videas namque ordinis luxum et diuersa scemata procedentium: Huic candenti lino depictam suspensis caligam stridere uestigiis et pedetemptim gressibus fractis solutionem uiscerum turpiter apparere; aliae uero nitidas angustis plantas inhaerere taurinulis tenuique loro ita circumdari, ut nulli sit dubium eiusmodi pedes pingi potius quam muniri. **(47.)** Igitur in uestibus male placituris pulchritudo superba: Quas enim ad utilitatem muniendi corporis habere suffecerat, has ad pompam triuialis aspectus tenui cum[que] scema conuertunt, musco et redolentibus flammis et exquisiti fragrantia peregrini odoris inficiunt. Et licet obtecto incedant uultu, alienos tamen oculos gestibus petulcis inuitant; et dum se uisui omnium subtrahunt, artificiose monstrant, quod uideri non sinunt.

XXVII. (48.) De his iamdudum apostolica uoce narratum est: Quae *cum in Christo luxuriatae fuerint, nubere uolunt, habentes damnationem quia primum fidem irritam fecerunt.* Haec uelut solacii causa occultos sibi quaerunt amicos, quos una eademque cupiditas facit aequales; nec contentae germanorum affiniumque consortio extraneo ducuntur affectu, et sub proposito castitatis honestatem mentiuntur; quam si recte adipisci uellent, sine inuidia et suspicione cum suis fratribus uictitarent (quos natura tamen faciat, non quos necessitas et libido conciliat). O argumentum foedae conscientiae! Si uirgo est, cur alienos non fugit oculos? Si mulier, cur uiduam erubescit audire?

16–17 1Tim 5,11sq.

1 singulā *V, corr. Genn.* ‖ **4** pedetentim *V* ‖ **6** taurinolis *V* ‖ **9** sufficerat *V* ‖ **10** tenui cum[que] scema *(vel* -te*)* conuertunt *Zw.*: teneri. Cumque scema conuertunt *V* | redolentibus *V, ut coni. S. Mariotti ap. Cazz. 437 adn. 1* ‖ **11** flagrantia *V* | *fort.* ‹se› inf. *Cazz. 436* | obtecto *V, ut coni. Tandoi 95* ‖ **17** quia *Genn.*: qui *V* | primam *fort. recte* V^2 ‖ **19** consortiū *V, corr. Genn.* ‖ **22** facit *Gual. 1977, 158 adn. 30* ‖ **24** uiduam *Löfst. 68*: -a *V*

XXVIII. (49.) Quae sint autem huiusmodi feminis captiosae sedulitatis efficacia, paucis edisseram; quarum artificiosa commenta ideo non taedet dicere, quo uitari possint, si omnibus nota sint. Statim enim ut quaelibet a monasterio seu uagari coeperit seu libertate inuenta, deserta patria domo aequalium coeperit sequi consilia et in conuentu uitiosae sodalitatis ascribi, iam quasi auis libera singulorum per atria foresque circumuolans blanda cum uoce socium uitae miserabilis quaerit: Et ubi quibusdam decipulis errantem ceperit uirum, uel, quod maxime insectatur, si laqueauerit monachum, summa primum uestigia uenerans lineamenta uestium fimbriasque delambit, et prouoluta genibus castitatem, quam non habet, lacrimis ac fletu commendat: Et sub hoc officiali argumento illa animi austeritas delenitur. **(50.)** Verum adubi acceptam sponsionem firmauerit, dignum penatibus suis se laetatur introduxisse custodem. Sed cum quotidiano usu liberiorem nutrierit frontem, redit ad se atque ad mores suos domesticaque liberalitate multis modis illiciens hominem ruborem simul ac uerecundiam proicit; et omni garrulitate lasciuiens, apprehensam infelicis manum iungit osculis suis; reclinat interdum pectori caput et molli nonnumquam latera fouet amplexu insertisque collo brachiis tota pendet ex humeris, et per hos impudentiae gradus etiam ad oscula peruenitur. Parce mihi pudor, parce uerecundia! Ipsi iam necessitati debitores sunt, quos et libertas et sexus cogit desiderare, quod nati sunt.

XXIX. (51.) Sequitur iam obliuio prima uirtutum, cum coeperit omne solui propositum: Nam cessantibus abstinentiae curis de sola uentris ingluuie cogitatur. Mutantur cibi et diuersis apparatibus gulae faucibusque consulitur et periclitante anima conuiuium letale disponitur. Nihil spei, nihil famae reseruantes totos se deliciis et luxui penitus tradunt: Tam in patinis odor, suauitas gustusque

4 seu[1] *Gual. 1977, 157*: se *V* ‖ **5** inuentę *V, corr. Genn.* | concilia *Zw.* ‖ **5–6** et in conuentu *bis V* ‖ **13** delinitur *V* | at ubi *V* ‖ **18** apreh- *V* ‖ **23** nacti *Gual. 1977, 158* ‖ **29** tam] tantum *Gual. 1977, 158; malim* tum

laudatur et delicatior cibus iam saturis ac fastidientibus aluis uiolenter ingeritur; uini etiam natura et annorum series uetustasque conquiritur, et post haec uitae naufragia ille quondam tristis ac rigidus in risum laetitiamque conuersus inter pocula et ructus dilectae suae delectatur.

XXX. **(52.)** Hoc modo prolapsis a disciplina ueteri moribus, quod antea nulla recolit aetas, nostra protulit infeliciter. Nouae subornantur effigies: Audimus agapetarum pestifera uocabula, et pro infami concubinarum uerbo aliud inducitur nomen uxorum: Quod pudicis auribus et audire graue sit et scire molestum, quando sub honesto nomine sanctitatis spiritalis caritas in affectum corporis transit et uinculum fraternitatis migrat in coniugis. Tunc erumpunt etiam illae libidinosae blanditiae et exquisita foedae uoluptatis irritamenta: 'Carulus' et 'nonnulus' uocant; quae [quod] per amorem mens iam corrupta conceperit, haec etiam uitiosa lingua depromit; quantoque dehonestamento non iure consortium meditantur, tanto maiore dedecore minutiuis nominibus delectantur. **(53.)** Includuntur sane uno etiam habitaculo et licet occultari se parietibus credant, placere tamen ex hac conuersatione non possunt. Mysteriorum enim tenebrosa et occulta contagio licet probationi non pateat (eoque in accusatione facile non cadunt nec deferendi), tamen honeste ⟨non⟩ permittitur; corripit enim huiusmodi dominus et dicit: *Iniquitates magnas faciunt isti, ⟨ut⟩ recedant a sanctis meis.* Quomodo enim

22–23 Ez 8,6

1 delicatior cibus iam saturis *Cazz. 438*: delicatioribus infuturis *V* | aluis *Zw.*: animis *V* ‖ **2–3** conqueritur *V (*-quaeritur *Genn.)* ‖ **3** *dist. Gual. 1980, 155* ‖ **6** ueteris $V^{a.c.}$ ‖ **7** recolet *V, corr. Morin 107* ‖ **9** uerbo *Gual. 1980, 154*: morbo *V* ‖ **10** auribus *bis V* ‖ **13** exquisita *Jak.*: -ae *V* ‖ **14** carolus *V, corr. Genn.* | nonulus *V, corr. Morin 107* | *fort.* uocat *Zw.* | *secl. Genn.* ‖ **15** iam corrupta *Jak. 2008, 158*: incorrupta *V* ‖ **16** dehonestamento *Genn.*: -a *V* ‖ **20** reprobationi *Hall ap. Gual. 1980, 156* | eoque *Genn*: eaque V^2*; quid V, incertum* ‖ **20–21** *dist. Gual. 1977, 158* ‖ **21** accusationem *Hall ap. Gual. 1980, 156* | *add. Löfst. 68*: ⟨in⟩honeste *Gual. 1977, 158* ‖ **23** ⟨ut⟩ recedant *Gual. 1980, 157 sec. Hier. epist. 100,6,4 (*recedant *iam Hall ibid. 156)*: recedunt *V*

carere potest suspicione, quod testem inter utrumque non habet? Quid ipsis boni promittit, quod semper celatum est? Soli sine arbitrio et absque ullo consilio uiuunt, an ad omnes unum plerumque cubiculum et caritatis insigne, si pudoris grauitas assiduitate uilescat? Inde secreta utrique uestra et nimia ex permixtionis facilitate male confusa ceteris ita promiscue habetis, ut dicatis inter uos omnia esse communia ***

1 inter *Jak.*: in *V* ‖ **2** ipsis *Jak.*: ipse *V*: ipsum *(vel* id*) Löfst. 69* ‖ **2–3** arbitro *Grilli 1980, 148 adn. 35* ‖ **4** uillescat *V* ‖ **5** uestra *Cazz. 438*: uestis *V* | ex *Jak.*: et *V* ‖ **6** uos *Morin 102*: eos *V* ‖ **7** comunia. Finis *V*

APPENDICES

SVBSIDIA INTERPRETATIONIS

§ 1

(p. 1,5) Hier. epist. 46,10,4 (CSEL 54 p.340,21) *dente se lacerent*

(p. 1,6) Hier. apol. adv. Ruf. 1,30 (SC 303 p. 80,7) *quem ... figurata laude perstrinxero* (ibid. 2,34 p. 196,11); Rufin. apol. adv. Hier. 2,25 (CCL 20 p. 101,13) *qualibus figuris laceret*; Rufin. Greg. Naz. orat. 2,79 (CSEL 46 p. 62,1) *qui subtiliter et figuraliter momorderint*

(p. 1,7) *exutum esse*] ἀπὸ κοινοῦ

(p. 1,7) *parum aliquid*] c. gen.: cf. ThLL X 1,576,12sqq.

(p. 1,7) *exigere* c. dat. pers.: cf. ThLL V 2,1462,21

(p. 1,11) Ambros. in psalm. 118 serm. 12,31 (CSEL 62 p. 269,24) *ut si adquiesceret, crimen impleret, si recusaret, incideret offensam, nexum calumniae non euaderet* (Zw.)

(p. 1,12) Tac. ann. 2,40 *ambiguus pudoris ac metus*

(p. 1,12) Hier. apol. adv. Ruf. 3,30 (SC 303 p. 294,10) *cur disputantium libertatem angusto fine concludis?*

(p. 1,13) Hier. epist. 7,3,2 (CSEL 54 p. 29,4) *ferri circulum innectens*

§ 2

(p. 1,14sq.) Hier. apol. adv. Ruf. 3,2 (SC 303 p. 218,28) *respondere compellor, ne uidear tacendo crimen agnoscere*

(p. 1,15) *in ipso limine*] cf. ThLL VII 2,1406,63sqq. (Mart. 8 praef. *in ipso libelli huius limine profiteri*)

(p. 1,18) *donare*] i.e. *tradere*: ThLL V1, 2009, 36sqq.

(p. 2,1) *periclitante*] i.e. *accusato*: ThLL X 1,1448,30sqq.

§ 3

(p. 2,4) *gurgitanti* i.e. *ingurgitanti*

(p. 2,9) *in obuiam*] cf. ThLL IX 2,316,60sqq. (Löfstedt 67)

§ 4

(p. 2,12) Hier. epist. 1,2,1 (CSEL 54 p. 1,13) *quid igitur faciam?* (post haec verba in prologis Asteri et Hieronymi eadem allegoria e re navali petita invenitur); epist. 130,1,2 (CSEL 55 p. 176,5) *quid igitur faciam? Quod implere non possum, negare non audeo*

(p. 2,18sq.) Eosdem versus Hier. in Nah. 2,1sq. (CC 76 A p. 541,6) laudat: *necessitate compellor quasi inter saxa et scopulos imminente naufragio, sic inter historiam et allegoriam orationis meae cursum flectere, et ne subito impingat attendere. Siquidem iuxta fabulas poetarum: 'Dextrum – obsidet', si saxa fugimus, incurrimus in profundum, si contortos uertices euitamus, in saxa deferimur*

(p. 2,20) Verg. Aen. 3,684sq. *contra iussa monent Heleni, Scylla atque Charybdis, / inter utramque uiam leti, discrimine paruo, / ni teneant cursus*

(p. 2,21sq.) Cass. var. 8,32,3 (CCL 96 p. 339,22) (*aquae*) *nescio quid inmurmurant*

(p. 2,22–3,1) Hier. epist. 98,2,1 (CSEL 55 p. 185,19) *instar frementium gurgitum perturbationum profunda circumsonant*

§ 5

(p. 3,1sq.) †*uim uerum*] *uiam ueri* (Beck): cf. Greg. M. past. 3,34 (PL 77,119 A) *recti uiam ... arripere* (Zw.)

(p. 3,2sq.) Gaius dig. 41,1,9,8 (*res*) *in tempestate maris leuandae nauis causa eiciuntur*

(p. 3,3) *eruere*] i.e. *liberare*, *seruare*, *eripere*: ThLL V 2,846,7sqq.

(p. 3,7–12) Hier. epist. 100,14,1 (CSEL 55 p. 227,24) *sicut enim gubernatores magnarum nauium, cum uiderint inmensum ex alto uenire gurgitem, quasi uenatores ferocissimam bestiam spumantes*

fluctus suscipiunt eosque prorae obiectione sustentant flectentes in diuersum gubernacula et, prout uentorum flatus et necessitas imperarit, stringentes funiculos uel laxantes, cumque unda subsederit, ex utroque nauis latere laborantia clauorum uincla dimittunt, ut parumper quiescentia uenturo gurgiti praeparentur, qui cum rursus aduenerit, stringunt clauorum capita et palmulas dilatant, ut huc atque illuc scissis flatibus aequalis sit utriusque lateris labor et, quod simul non poterat sustineri, diuisum tolerabilius fiat

§ 6

(p. 3,13) Stat. Theb. 9,804 *auidam transmisit deuius hastam* (cf. Grilli 1980, 139)

(p. 3,15sq.) Verg. Aen. 9,745sq. *uulnus* (i.e. *hastam uulnus ferentem*) *Saturnia Iuno / detorsit ueniens, portaeque infigitur hasta*; Hom. lat. 512 (*iaculum*) *quod depulit error ab illo / pectus in aurigae*; Stat. Theb. 7,737; Sil. 9,456

§ 7

(p. 4,2–5) Hier. epist. 117,2,1 (CSEL 55 p. 424,12) *primum scire uos cupio ... deinde ... ad extremum etc.*

(p. 4,3) *qui uel ... uel qui*] de inversione particulae cf. J. Svennung, Untersuchungen zu Palladius und zur lat. Fach- u. Volkssprache, Uppsaliae 1935, 494 adn. 4 et Stangl ad Schol. Bob. Cic. p. 110,11sq.

(p. 4,5) Hier. epist. 100,10,1 (CSEL 55 p. 222,17) *qui ieiunia, id est conuersationem angelicam, imitantur in terris*

§ 8

(p. 4,12sq.) Hier. epist. 22,8,4 (CSEL 54 p. 155,11) *rudi adhuc saeculo*; Gn 1,2 (Vet. Lat.) *terra erat inuisibilis et informis*

(p. 4,18) Prv 8,30 Vet. Lat. (*Sophia*) *ego eram modulans cum ipso deo* (Tert. ieun. 4 [CCL 2 p. 1260,3] *prouidentiam dei ... omnia modulantis*)

(p. 4,19) *ex toto sibique sufficientem*] at infra de femina *non satis sufficit* (p. 4,23) et *nec tamen in toto potestate fruitur* (p. 5,3); ergo nil mutandum (*sibi*[*que*] *sufficientem nullo*<*que*> *egentem subsidio* Gualandri 1980, 155)

§ 9

(p. 5,2) Gn 2,19 *formatis ... de humo cunctis animantibus terrae*

§ 10

(p. 5,12–14) Petr. Chrys. serm. 148,4 (CCL 24B p. 921,65) *inducta uirgo inducit uirginem mox maritum ... et ipsa fit totius materia ruinae* (v.l. *materiae ruina*), *quae facta fuerat ad solacium singulare. Hinc peccatum primum, hinc origo mortis ...* (5) *hinc est ... quod Christi talis est ordo nascentis: ad uirginem diabolus uenerat, uenit angelus ad Mariam, ut quod malus deiecerat angelus, bonus angelus adleuaret. Perfidiam suasit ille, hic fidem* (hic sermo in codicibus aut traditur nomine auctoris non allato aut attribuitur Severiano vel Ambrosio)

§ 12

(p. 5,22) Hier. adv. Iovin. 1,36 (PL 23,259 C) *difficilis res est uirginitas et ideo rara, quia difficilis*

(p. 5,24–6,1) cf. 28 (p. 12,12sq.) *ad ostentationem male praesumptum, quod opera non defendant, nudae nomen appellationis infamant* (cf. R. Maltby, A Lexicon of Ancient Latin Etymologies, Leeds 1991, 390 s.v. monachus)

(p. 6,1) Cic. Caec. 93 *hunc ... nudum in causa destitutum uidetis*

(p. 6,4) Hier. epist. 107,6,2 (CSEL 55 p. 297,13) *uitia non decipiunt nisi sub specie umbraque uirtutum* (Iuv. 14,109)

§ 14

(p. 6,24) *nouissimis*] i.e. *humilibus* (cf. Blaise s.v. 5d)

§ 16

(p. 7,21) *cadere in* c. abl.: ThLL III 31,12sqq. (ut infra 53 [p. 21,20sq.])

(p. 7,22) *causari de*: ThLL III 706,1sqq.

(p. 7,26) *ad perfectum*] ThLL X 1,1374,73sqq.; 1376,64sqq.

§ 17

(p. 7,28–8,1) Hier. epist. 125,20,15 (CSEL 56 p. 142,8) *nudum Christum nudus sequere*; epist. 52,5,2 (CSEL 54 p. 422,6) *nudam crucem nudus sequar* (epist. 58,2,1 [CSEL 54 p. 529,4])

(p. 8,1) *inquirat*] cf. ThLL VII 1, 1816,72sqq. (*inquirere dominum*)

(p. 8,7) *praetereuntia*] i.e. *caduca*: ThLL X 2,1015,17sqq. (Iren. 2,7,6 *terrena et ... praetereuntia*; Sacr. Leon. 173)

§ 18

(p. 8,11sq.) Hier. epist. 22,7,4 (CSEL 54 p. 154,5) *post caelo oculos inhaerentes nonnumquam uidebar mihi interesse agminibus angelorum*

(p. 8,14sq.) *Virtutes caelestes*] cf. Blaise s.v. 8

§ 19

(p. 8,22) *intuitu spiritali*] cf. ThLL VII 2,96,56sqq.

(p. 8,25) Hier. tract. p. 415,2 *consona pariter uoce cantemus* et alibi (cf. ThLL IV 484,38sqq.)

§ 21

(p. 9,16) Hier epist. 22,3,1 (CSEL 54 p. 146,12) *stadium est haec uita mortalibus: hic contendimus, ut alibi coronemur*; epist. 100,6,1

(CSEL 55 p. 218,25) *stadium uitae istius*; hom. in Luc. 4 (GCS 35 p. 25,4) *stadium huius uitae* (haec et alia laudat Adkin ad Hier. epist. 22,3,1)

§ 22

(p. 10,2) *delector* c. acc.; v. Löfstedt 69; H-Sz 292

§ 23

(p. 10,13sq.) Hier. epist. 22,2,1 (CSEL 54 p. 146,3) *omnia, quae putantur bona, mors extrema praecidat*

§ 24

(p. 10,21) Ov. met. 4,599 *cristati colla draconis* (Zw.)

§ 25

(p. 11,3) Hier. epist. 22,41,5 (CSEL 54 p. 210,18) *esse incipe, quod futura es*

(p. 11,13–17) Cypr. epist. 58,8 (CCL 3C p. 330,183) *ecce agon sublimis et magnus et coronae caelestis praemio gloriosus, ut spectet nos certantes Deus et super eos, quos filios facere dignatus est, oculos suos pandens certaminis nostri spectaculo perfruatur. Proeliantes nos et fidei congressione pugnantes spectat Deus, spectant angeli etc.*

(p. 11,15) *praebens*] participium instar verbi finiti; v. H-S 389

(p. 11,15) *fortis*] sc. genit. (Grilli ap. Gualandri 1977, 156 adn. 25)

§ 26

(p. 11,22sq.) Hier. epist. 22,10,2 (CSEL 54 p. 157,16) *in hanc lacrimarum deiectus est vallem*

§ 27

(p. 12,7sq.) Hier. epist. 22,32,2 (CSEL 54 p. 194,3) *ut usu nosse perfacile est*

§ 30

(p. 13,4sq.) 2Pt 3,3 sec. Hier. adv. Iovin. 1,39 (PL 23,267 C)

§ 31

(p. 13,16sq.) Hier. in Os. prol. (CCL 76 p. 5,148) *et in hoc se doctos arbitrantur, si in tabernis medicorum de cunctorum operibus detrahant*; epist. 50,5,1 (CSEL 54 p. 393,5) *non est grande … garrire per angulos et medicorum tabernas ac de mundo ferre sententias*; 52,5,4 (CSEL 54 p. 423,1) *illi uerbositas, adtrita frons, fora placent et plateae ac medicorum tabernae*

§ 32

(p. 13,24–28) Hier. adv. Iovin. 2,3 (PL 23, 287 BC) *et de falsibus doctoribus* (2 Pt 2,17) *'hi sunt fontes sine aqua …'. Nonne tibi uidetur pinxisse sermo Apostolicus nouam imperitiae factionem? Aperiunt enim quasi fontes scientiae, quia quem non habent, doctrinarum promittunt imbrem, uelut nubes prophetiae, ad quas perueniat ueritas Dei et turbinibus exagitantur daemonum et uitiorum. Loquuntur grandia et totus eorum sermo superbia est*

(p. 14,1sq.) Hier. epist. 140,1,2 (CSEL 56 p. 269,15) *ut scilicet interpretatio nostra non alio interprete indigeat, quod plerisque nimium disertis accidere solet, ut maior sit intelligentiae difficultas in eorum explanationibus quam in his, quae explanare conantur*

(p. 14,3) Verg. Aen. 6,100 *obscuris uera inuoluens*

§ 33

(p. 14,8) 1Cor 13,2 *si nouerim mysteria omnia*

(p. 14,12sq.) Enn. trag. frg.187 Joc. *quod est ante pedes nemo spectat, caeli scrutantur plagas*

§ 34

(p. 14,19sq.) Hier. epist. 38,4,4 (CSEL 54 p. 292,15) *inlidatur ei* (sc. *scorpio*) *pro solea anathema*; Aug. serm. 299,1 *serpens* (i.e. *diabolus*) *susurrat et insibilare non cessat*

(p. 14,20) Hier. epist. 7,3,1 (CSEL 54 p. 28,6) *ille iam calcat super colubri* (i.e. *diaboli*) *caput*

§ 36

(p. 15,11) Hier. in Ez. 6 praef. (CCL 75 p. 225,5) *haeresis ipsa non moritur, haereditariis contra nos odiorum suorum catulis derelictis, qui, nostra simulantes, genetricis antiquae et pellacis Vlixi uenena non deserunt, labiaque tantum melle circumlinunt*

§ 38

(p. 16,7) *agapeta* masc. gen.; cf. Blaise s.v.; cf. infra 52 (p. 21,8) *agapetarum pestifera uocabula*

§ 39

(p. 16,13–18.) Hier. epist. 22,16,3 (CSEL 54 p. 164,3) *plena adulatoribus domus, plena conuiuis. Clerici ipsi … osculantur capita patronarum et extenta manu, ut benedicere eos putes uelle, si nescias, pretium accipiunt salutandi*

§ 40

(p. 16,18–25) Hier. epist. 22,28,2 (CSEL 54 p. 185,6) *qui postquam nobilium introierint domos ac deceperint mulierculas 'oneratas peccatis, semper discentes et numquam ad scientiam ueritatis peruenientes', tristitiam simulant et quasi longa ieiunia furtiuis noctium cibis protrahunt; pudet reliqua dicere*

§ 41

(p. 17,4) *deputent*] i.e. *delegent*, v. ThLL V 1,625,34sqq.

(p. 17,5) *prouisis*] i.e. sub dolo introductis, v. ThLL X 2,2327sqq. 'homines, sc. fere qui officio sim. funguntur'

(p. 17,5) *necessitatem*] i.e. *quaedam ad uitam necessaria*, v. Blaise s.v. 6

§ 42

(p. 17,12) 1Tim 6,10 (Vet. Lat.) sec. Hier. epist. 22,32,3 (CSEL 54 p. 194,7) et 125,2,3 (CSEL 56 p. 121,1)

(p. 17,20sq.) Ser. Samm. 318 *male digestis si crapula saeuiet escis*

§ 43

(p. 17,24–26) Hier. epist. 100,15,2 (CSEL 55 p. 229,14) *eget semper, qui auarus est*; Hier. in eccles. 5 [CCL 72, p. 294,125]) *auarus ergo describitur, quod numquam opibus expleatur et quanto plus habuerit, tanto plus cupiat. Flacci quoque super hoc concordante sententia, qui ait:* (Hor. epist. 1,2,56) '*semper auarus eget*'; Rutil. Lup. 1,4 *quo plus habes, magis eges*; Romul. fab. Aesop. [rec. vet.] 67 pr. *diues semper eget*

§ 44

(p. 18,3) Hier. epist. 105,1,1 [CSEL 55 p. 243,3] *maris timuisse discrimina*

(p. 18,8) cf. 2Pt 1,4 *maxima et pretiosa nobis promissa donauit* (sc. *deus*)

§ 45

(p. 18,12/16) cf. Verg. georg. 2,504 (*alii*) *penetrant aulas et limina regum*

(p. 18,19sq.) Hier. epist. 52,5,2 (CSEL 54 p. 422,6) *nudam crucem nudus sequar* (cf. et supra ad 17 [p. 7,28sq.])

(p. 18,22) Hier. epist. 108,15,7 (CSEL 55 p. 327,14) *pauperem dominum pauper spiritu sequebatur*

§ 46

(p. 19,3–7) Hier. epist. 117,7,2 (CSEL 55 p. 430,11) *caliga quoque ambulantis nigella ac nitens stridore iuuenes ad se uocat* et epist. 22,13,5 (CSEL 54 p. 161,13) *solutis genibus fractus incessus*

(p. 19,5) *aliae*] cf. ThLL I 1623,13sqq.

§ 47

(p. 19,10sq.) Hier. adv. Iovin. 2,8 (PL 23, 297C = p. 405,10 Bickel) *odoris autem suauitas et diuersa thymiamata et amomum … muscus et peregrini maris pellicula*

(p. 19,11–14) Hier. epist. 22,13,4 (CSEL 54 p. 161,6) *hae sunt, quae per publicum notabiliter incedunt et furtiuis oculorum nutibus adulescentium gregem post se trahunt* et epist. 117,7,3 (CSEL 55 p. 430,13) *palliolum interdum cadit, ut candidos nudet umeros, et, quasi uideri noluerit, celat festina, quod uolens retexerat. Et quando in publico quasi per uerecundiam operit faciem, lupanarum arte id solum ostendit, quod ostensum magis placere potest*

§ 48

(p. 19,17) *primum*] varia lectio in codd. Sacr. Script.

(p. 19,17) *haec*] cf. ThLL VI 3,2700,29sqq.

(p. 19,19–21) Hier. epist. 22,14,2 (CSEL 54 p. 162,4) *frater sororem uirginem deserit, caelibem spernit uirgo germanum, et cum in eodem proposito esse se simulent, quaerunt alienorum spiritale solacium, ut domi habeant carnale commercium*

(p. 19,23–25) Hier. epist. 117,3,2 (CSEL 55 p. 425,12) *si uirgo es, quid times diligentem custodiam? Si corrupta, cur non palam nubis?* ib. 11,1 (CSEL 55 p. 433,10) *tu quoque, mater, quae propter aetatem maledicta non metuis, noli sic uindicari, ut pecces*

§ 49

(p. 20,2) *efficacia*] ntr. pl., cf. ThLL V 2,162,9sqq.

(p. 20,6–8) Verg. Aen. 12,437–41 *nigra uelut magnas domini cum diuitis aedes / peruolat et pinnis alta atria lustrat hirundo / pabula parua legens nidisque loquacibus escas / et nunc porticibus uacuis, nunc umida circum / stagna sonat* (Zw.)

§ 50

(p. 20,19sq.) Verg. Aen. 8,387sq. *niueis hinc atque hinc diua lacertis / cunctantem amplexu molli fouet*

(p. 20,21) *gradus*] cf. Don. Ter. Eun. 640.2 *quinque lineae perfectae sunt ad amorem: prima uisus, secunda alloquii, tertia tactus, quarta osculi, quinta coitus*

(p. 20,23) *desiderare, quod nati sunt*] cf. Hier. epist. 22,19,3 (CSEL 54 p. 169,1) *quos uagitus delectat infantum in ipso lucis exordio fletu lugente, quod nati sunt. Eua in pardiso uirgo fuit; post pellicias tunicas initium nuptiarum. Tua regio paradisus: serua, quod nata es, et* (Ps 114,7) *dic 'reuertere, anima mea, in requiem tuam'.* Recte Adkin ad Hier. loc. verba Asteri interpretatus est: "in Asterius it means 'to be by nature'. Accordingly whereas Asterius *quod* is the complement of *nasci* ..."

§ 51

(p. 20,25sq.) Hier. adv. Iovin. 2,11 (PL 23,300B = p. 411,5 Bickel) *nihil caeleste, sed semper de carnibus et ructu et uentris ingluuie cogitare*

(p. 20,29–21,3) Hier. epist. 100,6,5 (CSEL 55 p. 220,3) *'adfligetis animas uestras' neque Fasides aues sollicito labore perquirere et garrulas uolucres earumque pinguitudinem hianti ingerere gulae ... diuersoque ciborum sapore demulceant fumantibus patinis ... cum in iniuriam continentiae diuersi saporis et coloris uina quaeruntur*

§ 52

(p. 21,8sq.) Hier. epist. 22,14,1 (CSEL 54 p. 161,16) *unde in ecclesias agapetarum pestiis introiit? Vnde sine nuptiis aliud nomen uxorum?*

(p. 21,17) *minutiuis*] i.e. *deminutiuis*; cf. ThLL VIII 1047,40

§ 53

(p. 21,20sq.) *cadere in* c. abl.: cf. ThLL III 31,12sqq. (ut supra 16 [p. 7,21])

(p. 21,22sq.) Ez 8,6 (Vet. Lat.) ex Hier. epist. 100,6,4 (CSEL 55 p. 219,29) *corripiat huiusce modi dominus et dicat:* (Ez 8,6) *'Iniquitates magnas faciunt isti, ut recedant a sanctis meis'*

(p. 22,3sq.) Hier. epist. 22,14,1 (CSEL 54 p. 162,2) *eadem domo, uno cubiculo, saepe uno tenentur et lectulo*

INDICES

I INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE

Gn

1,26	8 (p. 4,16–17)
2,18	9 (p.4,22–23)
2,20	9 (p. 5,5–6)
26,24	24 (p.11,1–2)

Iob

26,13	34 (p. 14,19)

Ps

13,3	31 (p. 13,23)
38,2	38 (p. 15,26–27)
49,18	37 (p. 15,18–20)
54,7	19 (p. 8,25–9,1)
56,5	31 (p. 13,23–24)
58,8(?)	31 (p. 13,21)
83,7	26 (p. 11,22–23)
90,13 sq.	24 (p. 10,23–24)
101,8	12 (p. 6,5)

Prv

9,10	13 (p. 6,21)

Sir

25,33	9 (p. 5,6–7)

Is

5,21	32 (p. 14,7)
29,13	36 (p. 15,8–9)

Ier

23,28	27 (p. 12,3–4)

Ez

8,6	53 (p. 21,22–23)

2 Mcc

7,28	8 (p. 4,14)

Mt

7,21	35 (p.15,4–5)
7,22	35 (p. 15,5–6)
11,28.30	26 (p. 11,25–26)
13,25.39	34 (p. 14,21)
13,45	44 (p. 18,5–7)
15,14	32 (p. 14,3)
16,25	15 (p. 7,12–13)
18,6 (?)	3 (p. 2,4–5)
23,15	33 (p. 14,14–16)
25,34	22 (p. 10,8–10)

Lc

4,4	17 (p. 8,4–5)
9,23	23 (p. 10,14)
13,27	35 (p. 15,7)
14,33	15 (p. 7,11–12)
23,43	19 (p. 9,2)

Act

17,21	30 (p. 13,7–8)

1Cor

1,31	13 (p. 6,12–13)
9,24	21 (p. 9,16; 9,22–23)
16,14	27 (p. 12,10–11)

2Cor

12,9	20 (p. 9,15)

Eph
5,11 37 (p. 15,20–21)

1Tim
2,14 9 (p. 5,7–8)
5,11 48 (p. 19,16–17)
6,7 16 (p. 7,27)
6,10 42 (p. 17,12)

2Tim
3,6 40 (p. 16,21–22)
3,13 33 (p. 14,10–11)

Phil
1,23 19 (p. 8,24)

2Pt
2,17 32 (p. 13,27–28)
3,3 30 (p. 13,4–5)

1Io
2,15 25 (p. 11,11–13)

Apc
2,10 21 (p. 9,20)

II INDEX AUCTORVM

Enn.
trag. frg.
187 Joc. 33 (p. 14,12–13)

Verg.
Aen.
3,56 sq. 41 (p. 17,9sq.)
3,420 sq. 4 (p. 2,18sq.)

III INDEX LOCORVM IN SVBSIDIIS LAVDATORVM

A. Sacra Scriptura

Gen
1,2 8 (p. 4,12sq.)
2,19 9 (p. 5,2)

Prv.
8,30 8 (p. 4,18)

1Cor
13,2 33 (p. 14,8)

2Pt
1,4 44 (p. 18,8)

B. Auctores

Ambr.
in psalm.
118 serm. 12,31 1 (p. 1,11)

Aug.
serm.
299,1 34 (p. 14,19sq.)

Cass.
var.
8,32,3 4 (p. 2,21sq.)

Cic.
Caec.
93 12 (p. 6,1)

Cypr.
epist.
58,8 25 (p. 11,13–17)

Don.
Ter. Eun.
640.2 50 (p. 20,21)

Ennius
trg. frg.
187 Joc. 33 (p. 14,12–13)

Gaius
dig.
41,1,9,8 5 (p. 3,2sq.)

Greg. M.
past.
3,34 5 (p. 3,1sq.)

Hier.
adv. Iovin.
1,36 12 (p. 5,22)
1,39 30 (p. 13,4sq.)
2,3 32 (p. 13,24–28)
2,8 47 (p. 19,10sq.)
2,11 51 (p. 20,25sq.)
apol. adv. Ruf.
1,30 1 (p. 1,6)
3,2 2 (p. 1,14sq.)
3,30 1 (p. 1,12)
epist.
1,2,1 4 (p. 2,12)
7,3,1 34 (p. 14,20)
7,3,2 1 (p. 1,13)
22,2,1 23 (p. 10,13sq.)
22,3,1 21 (p. 9,16)
22,7,4 18 (p. 8,11sq.)
22,8,4 8 (p. 4,12sq.)
22,10,2 26 (p. 11,22sq.)
22,13,4 47 (p. 19,11–14)
22,13,5 46 (p. 19,3–7)
22,14,1 52 (p. 21,8sq.)
22,14,1 53 (p. 22,3sq.)
22,14,2 48 (p. 19,19–21)
22,16,3 39 (p. 16,13–18)
22,19,3 50 (p. 20,23)
22,28,2 40 (p. 16,18–25)
22,32,2 27 (p. 12,7sq.)
22,32,3 42 (p. 17,12)
22,41,5 25 (p. 11,3)
38,4,4 34 (p. 14,19sq.)
46,10,4 1 (p. 1,5)
50,5,1 31 (p. 13,16sq.)
52,5,2 17 (p. 7,28–8,1);
45 (p. 18,19sq.)
52,5,4 31 (p. 13,16sq.)
58,2,1 17 (p. 7,28–8,1)

98,2,1 — 4 (p. 2,22–3,1)
100,6,1 — 21 (p. 9,16)
100,6,4 — 53 (p. 21,22sq.)
100,6,5 — 51 (p. 20,29–21,3)
100,10,1 — 7 (p. 4,5)
100,14,1 — 5 (p. 3,7–12)
105,1,1 — 44 (p. 18,3)
100,15,2 — 43 (p. 17,24–26)
107,6,2 — 12 (p. 6,4)
108,15,7 — 45 (p. 18,22)
117,2,1 — 7 (p. 4,2–5)
117,3,2 — 48 (p. 19,23–25)
117,7,2 — 46 (p. 19,3–7)
117,7,3 — 47 (p. 19,11–14)
117,11,1 — 48 (p. 19,23–25)
125,2,3 — 42 (p. 17,12)
125,20,15 — 17 (p. 7,28–8,1)
130,1,2 — 4 (p. 2,12)
140,1,2 — 32 (p. 14,1sq.)

hom. in Luc.
4 (p. 25,4) — 21 (p. 9,16)

in eccles.
5 (p. 294,125) — 43 (p.17,24–26)

in Ez.
6 praef. — 36 (p.15,11)

in Nah.
2,1 sq. — 4 (p. 2,18sq.)

in Os.
prol. — 31 (p. 13,16sq.)

tract.
p. 415,2 — 19 (p. 8,25)

Hom. lat.
512 — 6 (p. 3,15sq.)

Iren.
2,7,6 — 17 (p. 8,7)

Iuv.
14,109 — 12 (p. 6,4)

Ov.
met.
4,599 — 24 (p. 10,21)

Petr. Chrys.
serm.
148,4 — 10 (p. 5,12–14)

Romul.
fab. Aesop. [rec. vet.]
67 pr — 43 (p. 17,24–26)

Ruf.
apol. adv. Hier.
2,25 — 1 (p. 1,6)
Greg. Naz. orat.
2,79 — 1 (p. 1,6)

Rutil.Lup.
1,4 — 43 (p. 17,24–26)

Sacr. Leon.
173 — 17 (p. 8,7)

Ser. Samm.
318 — 42 (p. 17,20sq.)

Sil.
9,456 — 6 (p. 3,15sq.)

Stat.
Theb.
7,737 — 6 (p. 3,15sq.)
9,804 — 6 (p. 3,13)

Tac.
ann.
2,40 1 (p. 1,12)

Tert.
ieun.
4 8 (p. 4,18)

Verg.
Aen.
3, 684 4 (p. 4,20)
6,100 32 (p. 14,3)
8,387sq. 50 (p. 20,19sq.)
9,745sq. 6 (p. 3,15sq.)
12,437–41 49 (p. 20,6–8)
georg.
2,504 45 (p. 18,12/16)